

2164. n. Inv.

672
12

DISPV TATIO IN AVGVRALIS
DE
I V R E V S V S
F R V C T V S,

2 v a m

Sub præsidio summæ Trinitatis
Decretō & Authoritate Magnifici
& Amplissimi fCtorum Ordinis, in
antiquissima Rauracorum Uni-
versitate

Pro summis in utroque Jure honoribus &
privilegiis Doctoralibus solenniter
consequendis

Publico examini subjicit

T O B I A S L O T T E R U S
Stuttgardianus.

Ad 25 diem April. Anno M D C XXVIII.

Horis locoq; solitis.

BASILEÆ,
Typis JOHAN. JACOBI GENATHI.



VIRO
MAGNIFICO, NOBILI
& CONSULTISSIMO,

DN. JACOBO Löfflern JCto, Illustrissi-
mo & Celsissimo Duci Würtembergiæ à Consiliis
intimis, & Cancellario vigilantissimo, Me-
coenati & Patrono suo æternum
suspiciendo.

S. P. D.

DISPUTATIONEM meam DE USUFRUCTU
inauguralem, Magn. & Ampl. Domine Cancellarie,
ut primùm animo meo concepi: ita nunc sub Magn.
T. nomine lucem aspicere jure meritoq; volui. Cum enim
omnes Magn. T. dignitati, virtuti, & vigilante plurimum
debeant, me eidem speciali modo obstrictum sponte libereq;
confiteor. Etenim, prater mutuum affinitatis nostræ vin-
culum, quod nonnihil etiam securitatis & fiducia Magn. T.
compellandi mihi subministrat, cum recordor, quo favore,
quāq; benevolentia Magn. T. hactenus, non solum meum
Dn. Parentem, verūm-etiam me, quamvis indignum, fue-
rit complexa, atque adhuc complectatur, non possum non
cum Dno Parenti, tūm mihi multis nominibus gratulari,
quòd talem Fautorem simus nacti, egoq; imprimis talem
studiorum meorum Mecenatem atque Patronum. Quae
sancte eiusmodi sunt, ut nisi tandem aliqua mea erga Magn.
T. gratitudinis & observantie indicia præbeam, ingratus
merito habear. Verūm cum aliis mediis destitutus, alia ra-

tione effectum dare nunc non possum, prasenti chartaceo
munere saliem testatum facere volui. Hoc ergo ex sincero
corde profectum, serenâ & hilari fronte Magn.T. ut acci-
piat, hinc de animi mei affectu conjecturam faciat, meq; de-
nique cum Dno Parente, & studia mea de meliore nota in
posterum quoque commodata habeat, eâ, quâ par est animi
submissione & observantiâ rogo. Quod reliquum est,
D E U M Ter.Opi.Max.precor, ut is temporibus hisce exul-
ceratisimis & quotidie magis magisq; in pejus ruentibus,
Magn.T.ad senescentis Ecclesia Christiana afflictissima so-
latum, totiusq; Ducatus, cuius consiliis hac tenus prosperrimi-
mè est gubernatus, commodum & tranquillitatem perpe-
tuam potentissime sospitet, atq; conservet. Dabam Basileæ
die 17. April. Anno recuperatae per Christum salutis 1628.

Magnif. Tuæ

Observantiss.

T O B I A S L O T T E R U S, Stutt-
gardianus.



Posit.

PO SITIO I.

SERVITUS est jus in re alienâ vindicabile,
l. de servitutibus. 2. l. loci. 4. §. in confessoria. &
tot. tit. ff. si servit. vind. l. uti frui. 5. §. ult. & tot.
tit. ff. si usus fr. petet. quo nobis constituto, &
acquisito, ipsa res utilitati nostræ gratis servit. l. quoties.
15. in pr. ff. de servit. Bocer. disp. de servitutibus prædiorum
urbanorum & rusticorum. 8. 2.

II.

Dividitur autem servitus in servitutem rerum & per-
sonarum. l. servitutes. 1. ff. de servitut.

III.

Servitus rerum, quæ vulgo realis servitus, ac in jure
nostro etiam simpliciter servitus appellatur, §. unic. in
fin. Inst. de reb. corpor. & incorpor. & §. ult. Inst. de usu & ha-
bitat. est jus, quo prædium alienum principaliter præ-
dio nostro servit. l. 1. §. 1. ff. commun. præd. §. ideo autem. Inst.
de servit. præd. l. pluribus. 140. §. ult. ff. de V. O. l. traditio. 20.
§. 1. ff. de A.R.D.

IV.

Personæ servitus est, quæ à re alienâ personæ debe-
tur; & sine personâ utentis esse nequit. l. usus fructus. 26.
ff. de stipul. servor. l. pecoris. 4. ff. de servit. prædior. rustic.

V.

Hæc q; vel est innominata, vel nōminata. Innominata
dicitur, quæ jure Civili certum & sp̄cificum nōmen
non habet. arg. in quam. 3. ff. de prescript. verb. Exempla
vid in l. ut pomum. 8. in pr. ff. de servit. l. 1. ff. de usu & usus fr.
legat. l. pater. 6. ff. de servit. legat. d. l. pecoris. 4. ff. de servit.
præd. rustic.

A

V I.

Nominata est, cuius jure Civili certa prodita est appellatio, arg. d.l.3. ff. de prescripti. verb. qualis est ususfructus, fructus, usus, habitatio, & operæ servorum. l.1. ff. de servit. l. huic stipulationi. s. §. ult. ff. usufr. quemad. cav. tot. tit. ff. de usu & habitat. & tot. tit. ff. de oper. servor.

V II.

Cum autem Ususfructus harum servitutum nominatarum primaria sit species, ejusque materiæ tractatio in foro frequetissima: placuit eam, in certas positiones redactâ, disputationis loco proponere. Sed præter voluntatem, ut brevis sim, temporis urget brevitas.

I X.

Ususfructus est servitus personæ, in utendo fruendo re alienâ consistens. l.1. ff. de usufr. pr. Inst. cod. Boc. disp. de usufruct. b.3.

I X.

Rejectâ Dd. distributione, ut ineptâ, quâ usumfructū partiuntur in causalem & formalem: usumfructum dicimus esse duplēcēm; Usumfructum verum, & quasi usumfructum. §. constituitur. v. ult. Inst. de usufr. l. sed de pecunia. 2. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu.

X.

Ususfructus verus definitur à Justiniano in pr. Inst. de usufr. & Paulo in d.l.1. ff. cod. jus alienis rebus utedi fuen-di, salvâ rerum substantiâ.

X I.

Jus dicitur, h. e. facultas jure tributa, ut in pluribus aliis juris nostri locis sumitur. in pr. Inst. de servit. pr. ad. & alibi. additur; rebus alienis: res enim sua nemini servit. l. ut ifrui. s. pr. ff. si usufr. petet. l. in re communi. 26. ff. de serv. pr. ad. rustic. vid. & l. in re mandata. 21. C. mandati. l. si cùm argentum. 21. §. si fundum. 3. ff. de except. rei judic. Per verbum

bum fruendi, separatur à quāvis aliā servitute personarum, ac denotantur omnia omnino emolumenta; quæ ex re alienâ, vel ejus occasione percipiuntur: non solum naturalia, *l.ususfructu.7.in princ. & §.2.l.item si fundi.9. & ll.seqq.ff.de usufr.* sed etiā civilia; ut usuræ, pensiones, &c. *d.l.7.ff.d.t.* Ultimò, adjiciuntur verba, salvâ rerum substantiâ; ususfructus enim est jus in corpore, quo sublatto & ipsum tolli necesse est. *pr.Inst.de usufr.l.ususfructus.1. & l.seqff.eod.*

XII.

Causam efficientem ususfructus quòd attinet, refero ad eam ususfructus constitutionem, ejusdemque acquisitionem.

XIII.

Constituitur autem vel à lege, vel ab homine.

XIV.

A' lege constituitur ususfructus patri vel avo in bonis liberorū adventitiis. *§.1.Inst.per quas person.cuiq.acquirit.l.cùm oportet.6.in pr.v.si quis ita.C.de bon.quæliber.*

XV.

An verò feudum filiofam. constitutū patri acquiratur, hīc quæritur? Quod negamus. *per text.in tit.7.lib.2. feud. & text.in tit.19.c.1. & 2. & tit.22.in pr. & c.1.2.3. & passim. lib.1.feud.junct. d.l.6.pr. C.de bon.quælib.item arg. text.in tit.23.in fin.l.2.feud.junct.t.50. & 80.item t.28.c.ult. lib.2.feud.*

XVI.

Idem dicendum videtur in filiæfam. dote adventitiâ; nam neque in ea pater usumfructum sibi acquirit; sed pleno jure ad filiam transit. *arg.d.l.6.pr.v.si quis ita.ibi: parentibus non in plenum, sicut antè fecerat sanctum. C.de bon.quæ lib.junct.l.soluto matrimonio.2. §.1. ff.solut.matri- trim.addi possunt. & l.denique.3. §.5. ff.de minor.l.in rebus. 30.C.de jur.dot.*

XVII.

A' lege constituitur quoque ususfructus patri in bonis liberorum emancipatorum, pro parte dimidiâ. §. 2.
Inst. per quas person. cuig. d.l.o. §. cùm autem. 3. C.de bon. que liber.

XIX.

Legitimus etiam est ususfructus, quem lex tribuit conjugi, sive uxori, sive marito, superstribus ex priori matrimonio liberis (sub quibus comprehendimus quoq; nepotes, pronepotes, & cæteros descendentes. l.librorum.220. ff. de V.S. & arg.c.odia. de R. J.in 6. l.fæmina.3. §. illuderiam. C.de secundus nuptiis.) ad secunda vota transeunti: tûm enim in rebus conjugis defuncti, quas vel ab ipso defuncto, vel à liberis, qui parenti defuncto successerunt, per legitimam liberorum successionem acquisivit, proprietatem amittit, & usumfructum solum retinet. d.l.fæmina.3. & ll.seq. C.de secund. nupt. Nov. 2.c.2. & 4.in fin. Novell. 22.c.23. in fin.c.25.c.45. & seqq. Geil. lib.2. obs.98.

XIX.

Huc referri potest & ususfructus, quem conjux superstes, jure Wirtenbergico, in conjugis defuncti bonis, si intestatus decesserit, & neque liberos, neque parentes, neque fratres vel sorores ex utroq; latere conjunctos reliquerit, pro parte dimidiâ habet: alteram verò partem pleno jure sibi acquirit. Fürstl. Würth. ernewert Landrecht. part. 4. tit. 5. §. Ferners. & §. seq.

XX.

Inter legitimos usumfructū acquirendi modos non inepte connumerari potest & is, qui jure ad crescendi ad aliquem pervenit. Quod sit, cùm duobus vel pluribus in ultimâ voluntate conjunctim ususfructus est relicitus, tunc enim uno deficiente, alteri pars deficientis adjicitur & accrescit. l.i. & tot. tit. ff. de jur.usfr. accresc.

Unde

Unde constat, inter verbis tantum conjunctos, cum magis disjuncti sint, & ab initio partes habeant, jus accrescendi locum non habere. d.l.i.in pr. & l.pen. ff.d.t.

XX I.

Inter legitimos ususfructus ultimò refero & illum, qui diurno usu & longâ quasi possessione acquiritur. Quod bifariam accidit. Primo, si quis à non domino usumfructum in re alienâ accipiat, eaque re hujusmodi bonæ fidei possessor longo tempore, etiam ignorantे domino, utatur fruatur. l.ult. §.ult. C.de præscript.long. temp. l. si aquam. 2. C.de servit. & aqua. Deinde, si quis per idem tempus, h.e. per 10. annos inter præsentes, 20. inter absentes, non vi, non clam, non precario, re alienâ, domino non prohibente, jure servitutis utatur fruatur. l. si quis. 10. ff. si servit. vind. l. apparet. s. §. si quis. ff. de itin. & act. privat. l. i. & 2. C.de serv. & aqua. vid. & l. si ego. 11. §. i. ff. de public. in rem action. Boc. disp. de ususfructu. 8. 25. Sufficiant hæc dixisse de legitimis usumfructum acquirendi modis: nunc videndum est, quâ ratione ususfructus ab homine constituatur.

XX II.

Ab homine, qui vel est persona publica, ut est judex; vel persona privata, ut quilibet rei dominus.

XX III.

A' judice constituitur ususfructus, quando in divisoriis judiciis, qualia sunt familiæ herciscundæ, & communi dividendo, judex alii proprietatem, alii usumfructum assignat. l. ususfructus. 6. §. i. ff. de ususfr. l. & puto. 16. §. i. ff. famil. hercisc. l. si quis. 6. §. 10. ff. commun. divid.

XX IV.

A' domino rei constituitur ususfructus aut ultimâ voluntate, aut inter vivos. Ultimâ voluntate cōstituitur per donationem mortis caussâ. l. i. §. 2. ff. ususfr. quem adm.

cav. vel si per fideicommissum alicui ususfructus relin-
quatur. d.l.i. §.2. & l.Titius.50. l.dominus.57. §.1. ff. de usu-
fruct. vel si alicui in testamento aut codicillis legetur.
l.i. & l.seq. C.eod. §.1. Inst.eod.l. omnium.3.pr.l.ususfructus.6.
pr. & l.seq.7.pr.ff.d.t.

X X V.

Difserit autem legatum ususfructus à cæteris legatis
in eo, quod dies ejus ab adita demùm hereditate cedat.
l.unic. §.2. ff. quand. dies ususfr. legat. ced. l.si servo.18. in fin.
ff. quib. mod. ususfr. amitt. Cæterorum verò legatorū dies
statim à morte testatoris cedit. l.unic. §.5. & 6. C.de caduc.
tollend. Rationem hujus differentiæ assignat W esemb.
in parat. ff. quand. dies ususfr. legat. ced. n.2. & 3. desumtam
ex l.2. & 3. ff. d.t. & l.unic. §.liberatibus.6. §.cùm igitur.1.
& §. in novissimo.5. C.de caduc. tollend.

X X VI.

Si verò ususfructus in singulos annos fuerit relictus,
primi quidem anni dies statim ab aditâ hereditate ce-
dit: cum purè videatur legatus. l.1. & 2. ff. quand. dies leg.
cedat. d.l.unic. §.liberatibus.6. C.de cad. tollend. & d.l.unic.
ff. quand. dies ususfr. legat. cedat. Sequentium autem an-
norum non item; sed singulis duntaxat annis: plura e-
nim censemunt esse legata. d.l.unic. ff. quand. dies ususfr.
legat. ced.

X X VII.

Hic quæri solet: Si ususfructus domus alicui sit lega-
tus cum onere, ne altius éam tollat; utrùm proprietas,
an saltēm ususfructus censeatur relictus? Posterius
placet. per l.Proculus.10. ff. de ususfr. junct. l.non aliter.69. ff.
de legat.3. & l.nisi.16. ff. de ususfr.

X X I X.

Idem dicendum videtur de legato fundi usufructu
sub hâc conditione, ne fundus abalienetur. per funda-
menta supr.θ. prox. adscripta.

X X I X.

Sin verò ususfructus prædii cum liberâ facultate il-lud abaliēdi sit relictus, proprietas quoq; legata cense-tur. l. ult. ff. de ususfr. car. rer. l. species. 15. ff. de aur. & arg. leg.

X X X.

Inter vivos à domino rei constituitur pactionibus & stipulationibus: d. l. omnium. 3. pr. l. quasi sum. 37. ff. de ususfr. l. stipulatio. 38. §. 10. & seqq. ff. de V. O. item venditione: l. ne-cessariò. 8. §. ult. ff. de peric. & commod. rei vend. dotis da-tione: l. interest. 6. C. de ususfr. l. ususfructu. 57. ff. solut. ma-trim. l. dotis. 7. §. 2. l. ususfructus. 66. ff. de jur. dot. l. si socrus. 18. C. eod. locatione, &c. l. si domina. 10. C. de ususfr.

X X X I.

Quæritur hīc: An & nudo pacto, si quasi traditio ac-cedat, ususfructus constituatur? Quod affirmamus. arg. d. l. 3. pr. & l. 37. ff. de ususfr. junct. §. si quis. Inst. de servit. prad. & §. l. Inst. de ususfr.

X X X I I.

Ex jam dictis apparet, solum dominum rei usumfru-ctum constituere posse: non tamen quilibet id facere potest; sed is tantùm, qui alienandi habet facultatem. l. ult. C. de reb. alien. non alienand. l. sed si. 3. §. 5. ff. de reb. eor-qui sub. cur.

X X X I I I.

Per dominum autem intelligimus & eum, qui nu-dam tantùm habet proprietatem. l. quod nostrum. 63. ff. de ususfr. l. recte. 25. ff. de V. S.

X X X I V.

Superficiarius igitur & Emphyteuta usumfructum jure Civili constituere nequeunt. arg. l. i. ff. si ager vectig. & l. ult. ff. de superfic. & §. 3. Inst. de locat. Sitamen ab ipsis ususfructus constituatur, ejus constitutionem tuetur Prætor. l. i. pr. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. si ususfructus. 9. §. 1. ff. ususfr. quemad. cav.

X X X V. Idem

X X X V.

Idem dicendum videtur de bonæ fidei possessore.
d.l.i.pr. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. si ego. 11. §. 1. ff. de publici
in rem act. l. ult. C. de longi temp. prescript.

X X X V I.

An verò vasallus in prædio feudali sine consensu domini usumfructum constituere possit, dubitatur? Nos negativæ sententiæ subscribimus. arg. tit. 52. & tit. 55. lib. 2. feud. junct. l. ult. C. de reb. alien. non alienand. item arg. tit. 23. lib. 2. feud. vid. Wesemb. in comment. feud. part. 11. cap. 11. n. 5. & n. 19. Hæc de ususfructus constitutione: sequitur nunc de ejus acquisitione.

X X X V I I.

Acquiritur autem ususfructus vel solâ constitutione, vel patientiâ domini insuper accedente.

X X X I I X.

Solâ constitutione acquiritur, quando ususfructus vel à lege, §. 1. Inst. per quas person. cuig. acquirat. l. cùm oportet. 6. pr. v. si quis itaque. C. de bon. qualiber. Bocer. d. disp. de usufr. 9. 27. vel à judice, l. 6. §. 1. ff. de usufr. junct. §. ult. Inst. de offic. judic. vel à domino rei in ultimâ voluntate est constitutus. l. à Tito. 64. ff. de furtis. §. 2. Inst. de legat.

X X X I X.

Patientiâ domini insuper accedete acquiritur ususfructus, si inter vivos pactionibus & stipulationibus, aliisve contractibus constituatur. l. traditionibus. 20. C. de pactionis. l. si ego. 11. §. 1. ff. de publici in rem act.

X L.

Usumfructum autem nemo acquirere potest, nisi sit rei non dominus, sive in solidum, sive pro parte. arg. §. 3. v. item. Inst. de usufr. l. si Tito. 10. ff. de usu & usufruct. legat. Socius enim à socio, l. si servi. 10. ff. usufruct. quemad. cau. vir item ab uxore, l. i. l. interest. 6. C. de usufr. uxor à mar-

rito,

rito usumfructum acquirere potest. *l. si pater. s. l. ambiguitatem. 12. C. d. t.*

X L I.

Ac non tantum per nosmet ipsos : sed & per eos,
quos in nostra potestate habemus, usumfructum acqui-
rere possumus. *l. ususfructus. 6. §. 2. ff. de ususfr.*

X L I I.

Hactenus quomodo & à quibus ususfructus consti-
tuatur, item quibus & per quas personas acquiratur,
pertractatum est. Nunc & de materiâ, seu quibus in re-
bus consistat ususfructus, videamus.

X L I I I.

Constitui autem potest ususfructus universis in re-
bus, tam mobilibus, quam immobilibus : *l. ususfructu. 7.*
pr. ff. de ususfr. modò earum possit esse usus salvâ re-
rum substantiâ. *l. i. ff. d. tit. pr. Inst. cod.*

X L I V.

Hinc oritur quæstio ; An'ne vestimentorum quoque
ususfructus relinqui possit ? Ubi distinguendum puto
inter vestes quotidianas, & eas, quæ tempore potius
quam usu consumuntur : ut sunt vestes scenicæ, lugu-
bres, & aulæa ; in his enim verus ususfructus ; *l. sed si. 15.*
§. 4. ff. de ususfr. *l. i. ibi: quod inde exhabit.* & *l. si ususfructus.*
9. §. pen. ff. ususfruct. quemad. car. in illis autem quasi usus-
fructus constituitur. *§. 2. Inst. de ususfr.*

X L V.

Ususfructus verò earum rerum, quæ nullam adferunt
utilitatem, neque unquam adferre possunt, inutiliter
relinquitur. *l. si infantes. 55. ff. d. tit.* Unde quæri solet,
An'ne numismatum aureorum & argenteorum, item
statuarum, imaginum, rectè constituatur ususfructus ?
Quod affirmamus. per *l. numismatum. 28.* *l. statue. 41. ff. de*
ususfr. *l. ult. ff. ususfruct. quemad. car.*

X L V I.

Ac non tantum partis honorū, Letiam partis. 43. ff. de usufruct. l. generali. 32. §. ult. l. nihil interest. 43. ff. de usu & usufr. legat. sed & omnium omnino rerum, quæ in matrimonio sunt, ususfructus legari potest. d. l. 43. ff. de usu & usufr. legat. l. post quod. 3. ff. de usufr. ear. rer. modo nō excedat dodrantis estimationē. l. omnium bonorum. 29. l. quoties. 34. §. 2. ff. de usufruct. l. i. ff. de usufr. ear. rer. l. i. C. de usufr.

X L V I I.

Sed utrūm omnium bonorum usufructu legato, futura quoque contineantur, inter Dd. maximè controvertitur? Ajens sententia placet, si testator non adjecterit, Meorum. per l. si ista. 7. ff. de aur. & arg. legat. l. uxori. rem. 41. §. 4. ff. de legat. 3. junct. l. quotiens. 34. §. ult. ff. de usufruct. Novell. 18. c. 3. item l. ult. C. quæres pign. oblig.

X L I X.

Hoc loco & celebris illa quæstio moveri potest; Num is, cui ususfructus omnium bonorum relictus est, æs alienum, quod testator contraxerat, solvere teneatur? Hoc onus heredi instituto vel legitimo incumbere, affirmamus. l. neque. i. C. si cert. petet. l. retrò. 2. C. de hered. & atl. vend. l. pacto. 26. C. de pact. Heres tamen æs illud alienum ex defuncti bonis deducit. l. ult. ff. de usu & usufr. legat. l. usufructu. 69. ff. ad L. Falcid. Sequitur forma ususfructus, quæ alia est ususfructus constituendi, alia jam constituti.

X L I X.

Forma usumfructum constituendi in his consistit: quod ususfructus constitui potest vel purè, l. usufructus. 4. ff. de usufr. vel in diem. l. i. §. 3. ff. quand. dies usufr. leg. ced. l. uxori. 37. ff. de usu & usufr. legat. vel ex die, d. l. 4. ff. de usufruct. d. l. §. 1. & §§. seqq. ff. quand. dies usufr. leg. l. & puto. 16. §. 2. ff. famil. hercif. vel sub conditione. l. sub conditione.

54. ff. de usufr. l. si sub conditione. 16. ff. quib. mod. ususfr. amitt.
l. ambiguitatem. 12. C. de usufr. sub conditione tamen, cum
legatus morietur, relinquinequit: à mortuo enim, &
sic à non personā, incipere non potest. l. Titio. s1. ff. de u-
sufr. l. usumfructum. 5. ff. de usu & usufr. legat. l. vel s1. 15. ff. fa-
mil. hec sc. In singulos item annos & dies. l. i. §. ult. l. 2. §. i.
l. 3. pr. ff. quib. mod. usufr. amitt. l. i. pr. & §. i. ff. de usufr. ac-
cresc. l. licet. 23. ff. de usu & usufr. legat. ac uni pure, alteri
sub conditione, rectè relinquitur ususfructus. l. idem. 6.
§. ult. ff. de usufr. accresc.

L.

Quod formam ususfructus jam constituti attinet, ibi
primò notandum, quod ususfructus sit dividuus. l. i. §. 9.
& l. si ususfructus. 81. pr. ff. ad L. Falcid. l. cui ususfructus. 30.
ff. de usu & usufr. legat. l. & per jusjurandum. 13. §. i. ff. de ac-
cept. (etiam si cæteræ servitutes sint individuæ. d. l. i. §. 9.
ff. ad L. Falcid. & d. l. 13. ff. de accept. l. stipulationes. 72. pr. ff.
de V.O.) & propterea constitui potest non tantum in so-
lidum; sed etiam pro parte, tam divisâ, quam indivisâ.
l. ususfructus. 5. ff. de usufr. & partes ad singulos ipso jure
pertinent. d. l. 81. pr. ff. ad L. Falcid.

L I.

Hujus occasione quæri potest; An ususfructus sit
pars, h. e. species dominii? Quod negamus. per l. recte.
25. ff. de V.S. Licet in multis casibus naturam dominii
sequatur, & ideo respectum partis habeat. l. 4. ff. de usufr.
l. cum filius. 76. §. 2. ff. de legat. 2. l. qui usumfruct. 58. ff. de V.O.
In multis tamē non sequitur naturā dominii. l. si Titio. 33.
§. i. ff. de usufruct. l. & per jusjurandum. 13. §. 2. ff. de acceptil.
l. falsus. 43. §. ult. ff. de furt. Cujac. ad l. 4. & l. 33. §. i. ff. de usu-
fruct. in recitat. ad l. 27. §. 8. de pact.

L II.

Deinde est observandum, quod fructuarius ad usum-

fructum constitutum non prius admittatur, quam si à domino proprietatis interpellatus, ei præstiterit idoneam cautionem. l.i. & tot. tit. ff. usufri. quemad. cav. l.i. l.usufructu. 4. C.de usufr.

L III.

Cautionis hujus duo sunt capita: 1. Ut fructuarius caveat, usurum fruiturum se boni viri arbitratu, h.e. caussam ususfructus deteriorem se non redditurum, cæteraque facturum, quæ in re suâ bonus paterfam. faceret. l.i. §.cavere. s. & §.seq. ff. usufr. quemad. cav. 11. Restituturum se ei, ad quem ea res pertinet, quod inde extabit, cum ususfructus ad eum pertinere desierit. d.l.i. pr. & §.3. ff. d.t. W esemb.in parat. ff. d.t. n.2. Prior quidem cautio statim committitur, & toties, quoties usufructuarius re abutitur. d.l.i. §.5. & 6. Posterior verò semel tantum, h.e. finito demū usufructu, cōmittitur. d.l.i. §.6.

L IV.

Ac ut apparere possit, an & quatenus legatarius rem pejorem fecerit, rectè faciunt heres & legatarius, si, qualis res sit, cum legatarius frui incipit, in testatum redigant. d.l.i. §.4.

L V.

Locum habet hæc cautio, sive res mobilis sive immobilis in usumfructum data sit. d.l.i. §.1. quocunque item modo ususfructus sit cōstitutus. d.l.i. §.2. l.si usufructus. g. §.1. ff. usufr. quemad. cav. l.usufructu. 4. C.de usufruct.

L VI.

Tamque necessaria est, ut neque à testatore ea possit remitti. l.i. C.de usufr. l.scire. 7. C.ut in posseßio. legat. l.si pecunia. 6. ff. eod. Cautio enim ista concernit commodum heredis, non testatoris. secund. Gl. in §.constituitur. in verb. satisdatur. Inst. de usufr. ac per hanc remissionem invitaretur fructuarius ad delinquendum, quod jura fieri prohibent. l. illud convenire. s. ff. de pact. dotal.

L VII. Ab

L VII.

Ab herede autem & conventione inter vivos eam remitti posse, non dubitamus. *arg.l.si cuius.13.pr.ff.de usufruct.l.omnes.3.in fin.l.& s.7.pr.l.ult.ff.usufruct.quemad.cav.junct.l.pen.C.de pac*t*.l.si quis.51.C.de Episc.& Cleric.Unde constat, hanc cautionem de substantia ususfructus non esse.*d.l.13.pr.Boc.disp.de usufr.8.22.**

L IX.

Moribus nostris cum fidejussoribus, tum pignoribus, hanc cautionem praestari posse, cum Andri. Geil. lib. 2. obseru. 47. n. 4. & tract. de arrest. Imp. c. 3. n. 4. & seqq. Si-chard. ad l. 4. C. de usufr. n. 2. & aliis, affirmamus. Licet jure Civili inspecto, non nisi datis fidejussoribus fieri queat. per l. huic. s. §. i. & l. i. in pr. ff. usufructuar. quemad.cav. d. l. si cuius. 13. in pr. ff. de usufr. l. 4. C. eod. junc*t*. l. prato-ria. 7. ff. de prator. stipular.

L X.

Hic quæri solet: An fructarius, si ob paupertatem vel aliam difficultatem fidejussores invenire nequeat, privandus sit usufructus? Quod de rigore juris affirmandum videtur. Gl. ad l. 4. C. de usufr. l. si pecunia. 6. ff. ut in possessionem legat. Ex æquitate tamen ad juratoriam cautionem, si homo sit frugi, eum admitti posse, plures statuunt. per l. cum non facile. 6. ff. si cui plus quam per l. Fal-cid. auct. generaliter. C. de Episc. & Cler. & Nov. 112. cap. 2. W esemb. parat. ff. usufr. quemad. cav. n. 3. in fin. Omnia tamen tutissimam & æquissimam judicavit Geil. lib. 2. obseru. 47. n. 5. & seq. corum esse sententiam, qui volunt, proprietarium hoc in casu res legatas ad se recipere, & usufructuario vice ususfructus certam summam fructuum vel pecuniæ annuatim exsolvere, eiique de ista annua solutione legitimè cavere debere.

L X.

Fructarius verò, si ante praestitam cautionem ve-

nerit in possessionem , fructus perceptos facietne
suos ? Minime, si malam fide, h.e. si inscio & invito pro-
prietario venerit in possessionem. per luxori. 24. & ibi
Bart. ff. de usu & usufr. leg. Geil. lib. 2. observ. 46. n. 6.

L X I.

Cautionem hanc non tantum fructarius ipse praes-
tare tenetur. rubr. & passim. tit. ff. usufr. quemad. cavat.
Sed & pro usufructario inter dum heredes testatoris,
qui usumfructum legavit ; l. tribus. 8. ff. de usufr. ear. ser. Is
quoque, cui ususfructus pure, proprietas sub conditio-
ne legata est, cavere debet. l. 3. §. 3. ff. de usufr. quemad. cav.

L X I I.

Pater tamen usumfructum habens in bonis filiorum
adventitiis, ob reverentiam paternam, excusat ab hac
satisfactione. l. cum oportet. 6. §. 2. l. ult. §. 4. in fin. C. de bon.
que liber. Geil. lib. 2. observ. 145. n. 12. sicut & immunis est
à redditis rationibus, finito usufructu. d. l. 6. §. 2. & l. ult.
§. 4. in fi. C. d. tit.

L X I I I.

Item si Fisco ususfructus est relictus, liberatur ab hac
cautione. l. 1. §. si ad Fiscum. 18. ff. ut legat. nom. cav. quia
semper solvendo esse presumitur. l. si maritus. 2. in fin.
ff. defund. dotal. Sichard. in d. l. 4. C. de usufr. n. 8.

L X I V.

Donatori quoque omnium bonorum, usumfructum
sibi reservanti, haec satisratio ex communis Dd. opinione
remittitur. Decius in l. 28. ff. de R. J. Mynsing. observ. cent.
5. observ. 36. n. 2. Cum eo enim mitius est agendum, qui
ex liberalitate suâ convenitur. arg. l. adres donatas. 62.
ff. de Aedil. edict.

L X V.

Sed & is, cui proprietas ex die ; ususfructus pure re-
lictus est, excusat ab hac cautione. l. si usufr. 9. §. 3. ff. u-
sufr. quemad. cav.

L X V I. Pro-

L X V I.

Proprietatis domino cavendum esse, dubium non habet; & quidem pluribus dominis existentibus, singulis pro sua parte. *d.l. 9. §. 4. l. si eius. 13. pr. ff. de usufr.* Ac si proprietas alteri sub conditione, alteri ususfructus sit legatus, utrique tam heredi, quam legatario, erit cavendum. *l. si tibi. 8. ff. usufr. quemad. cav.* Sed & si duobus conjunctim ususfructus sit relictus, invicem sibi cavere debent, propter jus ad crescendi. *d.l. 8. l. i. & tot. tit. ff. de jur. ad crescend.*

L X V I I.

Si vero usumfructum legatum quis alteri restituere rogatus sit, distinguendum erit; utrum spes sit ulla, ut ad primum, si secundus eum amiserit, possit recidere: & tunc secundus cavit primo, primus domino proprietatis. Sin autem nulla spes revertendi ususfructus super sit; tunc rectâ viâ fideicommissarius domino proprietatis cavebit. *l. si ususfructus mihi. 9. ff. usufruct. quemad. cav.* Sequitur nunc ut & de effectu ususfructus jam constituti videamus, qui in commodis & oneribus, cum fructuarii, tum proprietarii, consistit.

L X I X.

Fructuarii i. est commodum, quod in rei fructuariæ sit possessione. *l. certe. 6. §. 2. ff. de precar. l. qua ratione. 10. §. ult. ff. de A.R. D.l. quod est. 3. §. 17. ff. de vi & vi arm. eam tamen non possidet, ne quidem naturaliter. l.i. §. 8. ff. quod legat. §. 4. vers. sed bona fidei. Inst. per quas person. cuiq. acq. l. permisceri. 52. pr. ff. de acq. vel amitt. possess. Jus verò utendi fruendi fructuarius sibi quasi possidet. l. ait Prator. 23. §. 2. ff. ex quib. caus. major. l. ult. ff. uti possidet. l. possessor. 49. ff. de acq. vel amitt. possess. & quidem civiliter. l. 3. & ll. seqq. ff. si usufr. petet. Verè enim non possidet, cum res incorporales possideri nequeant. l. possideri. 3. pr.*

*pr. ff. de acquir. vel amitt. posseſſ. l. sequitur. 4. §. 23. ff. de u-
surpat.*

L X I X.

Commodum II. est, quod fructus omnes, qui ex re fructuaria percipiuntur, & percipi possunt, ad fructuarium pertineant. *l. item si fundi. 9. pr. l. usufructu. 7. pr. ff. de usufr.*

L X X.

Fructus autem communiter in naturales & civiles distinguntur. Civiles sunt, qui jure percipiuntur; ut sunt salario, pensiones, usuræ, &c. *l. si navis. 62. pr. ff. de R. V. l. prediorum. 36. l. usura. 34. ff. de usur.* Naturales subdividuntur in merè naturales & industrielles. Merè naturales sunt, qui vi & beneficio naturæ principaliter, sine hominis facto, ex rei corpore nascuntur: ut pyra, nubes, poma, &c. *l. fructus. 45. ff. de usur. & fruct. d. l. si navis. 62. pr. ff. de R. V.* Industrielles sive artificiales dicuntur, qui operâ & diligentia hominis principaliter producuntur; ut est frumentum, oleum, vinum, &c. *d. l. bona fidei. 48. pr. ff. de A. R. D. l. fructus. 45. ff. de usur. & fruct.*

L X X I.

Ac non tantum hi fructus; sed & omnia omnino emolumenta, quæ ex re fructuariâ vel ejus occasione proveniunt, ad fructuarium spectant. *d. l. usufructu. 7. pr. d. l. 9. pr. & §. 2. ff. de usufr.*

L X X I I.

Usufructu igitur fundi legato, quicquid ei accessit per alluvionem, ejus quoque usumfructum fructarius acquirit. *d. l. 9. §. 4. ff. de usufr.*

L X X I I I.

Insulae verò juxta illum fundum in flumine natæ ususfructus ad fructuarium non pertinet. *d. l. 9. §. 4.* ubi enim latitat incrementum; & ususfructus augetur: ubi autem

autem appareat separatum, fructuario non accedit. d.l.
9. §. 4. infin.

L X X I V.

Et si apes in eo fundo sint, earum quoq; ususfructus
fructuarii est: d.l.9. §.1. item lapidicinæ & cretæ-fodinæ
ei cedunt: etiam si post usumfructum jam constitutum
fuerint inventæ, d.l.9. §.2. &c. 3. ac venas auri, argenti, æris,
ferri, &c. non solùm quas proprietarius instituit, exer-
cere; sed & novas instituere potest: dummodò nihil
agriculturæ noceant. l. si cuius. 13. §. 5. v. proinde. ff. de usufr.

L X X V.

Aucupia & venationes quoque ejusdem fundi ad
fructuarium spectant. d.l.9. §.1. l. usufructuarium. 62. pr.
ff. de usufr. si modò ejus fructus constet ex venatione.
l. venationem. 26. ff. de usur. l. fundo. 22. ff. de instruct. & in-
strument. legat.

L X X VI.

Thesaurus verò in eo fundo inventus, dividitur inter
dominum proprietatis & inventorem. arg. l. fructus. 7.
§. 12. ff. solut. matr. junct. l. si is qui. 63. in pr. ff. de A.R.D. &
l. falsus. 43. §. ult. ff. defurt.

L X X VII.

Et cùm fructuario omnia adminicula sint conce-
denda, sine quibus re commodè uti frui non potest, l. i.
§. 1. & §§. seqq. ff. si usufr. pet. l. cui jurisdictio. 2. ff. de juris-
dict. usufructu fundi legato, & instrumenti, quod in eo
fundo est, ususfructus relietus censetur. d.l.9. §. 7. l. sed s.
15. §. 6. in fin. ff. de usufr. illud tamen vendere nequit. d.l.9.
§. 7. ff. d. r.

L X X I X.

Si igitur fructuario ad fundum aliundè, quam per
locum alterius aditum non habet, proprietarius iter, a-
etum, vel viam ad hunc, prout ususfructus perceptio
desiderat, ei præstare tenetur. d.l.1. §. 1. ff. si usufruct. pet.

C

*l.Gaurus.10. ff.deservit.urban.praed.l.deservitutibis.2. §.2.
ff.si serv.vind.l.damna esto.15. §.1. ff.de usu & usufi.legat.*

L X X I X.

Potest & fructuarius in prædio fructuario non tantum inchoatum ædificium consummare; sed & novum extruere: si modò ad usumfructum percipiendum sit necessarium, & sine eo re fructuariâ rectè uti frui nequeat. *l.si area.73. d.l.13. §.6. ff.de usufr.*

L X X X.

Aedium usufructu legato, potest fructuarius dominum proprietatis prohibere, ne altius eas tollat. *l.usufructu.7. §.1. ff.de usufr.* Mittitur etiam in possessionem vicinarum ædium causâ damni infecti; easdemque jure dominii possidet, si perseveretur non caveri: nec finito usufructu quicquam amittit. *d.l.7. §.1. ff.d.t.* Lumina quoque, item picturas, marmora, sigilla in eas immittere, & quicquid ad domus ornatum pertinet, excolere potest. *l.si cuius.13. §.7. ff.de usufr.*

L X X I.

Etsi jus fructuarii, ut ex jam dictis appareret, plenissime sit interpretandum: contra tamen conditionem rei, h.e. usum, ad quem res parata est naturâ, vel partis instituto, ea utinon potest. Unde partus ancillæ ad fructuarium non pertinet. *l.in pecudum.28. §.1. ff.de usur.* *l. vetus.68. ff.de usufr.* Ancillæ enim non ejus rei causâ habentur, ut pariant: *l.ancillarum.27. ff.de hered.petit.* & contra naturam est, hominem esse in fructu: cum omnes fructus rerû natura hominis gratia comparaverit. *d.l.28. ff.de usur. & §.37. Inst.de rer.divis.*

L X X II.

Silvæ usufructu constituto, siquidem cædua est, h.e. quæ succisa rursus ex stirpibus & radicibus renascitur, *l.silva.30. ff.de V.S.* fructuarius cædere potest, sicuti pater-

paterfam.cædebat. d.l.9.§.ult. ff.de usuf. ac etiam vendere, licet paterfam. vendere non sit solitus. d.l.9.§.ult. Si verò cædua non sit, vel naturâ suâ, vel cum esset, non sic tamen à domino habebatur, ut esset cædua; sed ut in arbores grandiores ex cresceret: non licebit fructuario eam succidere; sed id tantum, quantum ad necessitatem & refectionem rei fructuariæ satis est, cædere potest: ne tamen fundum inde reddat deteriorem. d.l.9.§.ult. & l.seq. ff.de usuf.

LXXXIII.

Et licet arbores demortuæ ad fructuarium pertineant, si in earum loca novas substituerit: l.agri.18. ff.de usuf. evulsas tamen, & vi ventorum dejectas, fructarius tantum ad suum & villæ usum, h. e. ad suam necessitatem, habebit: nec materiâ pro ligno uti potest, si habeat, unde utatur ligno. l.arboribus.12.pr. ff.de usuf. junct. l.ligni.55.pr. ff.delegat.3.

LXXXIV.

Fructarius verò fructus non aliter facit suos, nisi ipse vel alias ejus nomine eos percepit. §.36. Inst. de rer. divis. l. si fructarius.13. ff. quib. mod. usuf. amitt. l. qui scit. 25. §. 1. v. Prætorem. ff.de usur. & fruct.

LXXXV.

Percipi autem intelliguntur, quando à solo sunt separati, h.e. stipula est demessa, spica aut fœnum cæsum, uva exemta, olea excussa, ac in animalibus lana detonsa, lac mulsum, &c: licet frumentum nondum sit tritum, oleum factum, & cæteræ res collectæ & in horreum reconditæ. d.l.13. ff. quib. mod. usuf. fruct. amitt. l. si ejus. 78. ff. de R.V. Foetus verò pecudū, statim ut editi sunt, percepti intelliguntur, & fiunt fructuarii. l.in pecudum. 28. ff. de usur. & fruct.

LXXXVI.

Fructus sive maturos sive immaturos fructarius per-

perceperit, pleno jure sibi acquirit, & ad heredes suos transmittit. *l. cùm oportet. 6. §. i. v. & si quid. C. de bon. que lib. l. si pendentes. 27. pr. l. defuncta. 58. ff. de usufr.* Non enim maturitas naturalis hic est spectanda; sed id tempus, quo magis fructuario illos fructus tollere expedit. *l. in fructu. 42. ff. de usu & usufr. leg. l. si absente. 48. §. i. ff. de usufr.*

LXXXVII.

Fructus inchoati ususfructus tempore maturi, & pendentes, ad fructuarium quoque pertinent. *d. l. si pendentes. 27. pr. ff. de usufr.* Sicut & pensiones fundi ante constitutum usumfructum locati, ad eum spectant. *l. arbores. 59. §. i. ff. d. t.* Conductorem etiam, qui ante constitutum usumfructum rem conduxerat, fructarius expellere potest. *d. l. 59. §. i. ff. d. t.*

LXXXIX.

Ad commodum fructuarii & id refero, quòd non cogatur ipse præcisè re fructuariā uti frui; sed & alii eam utendam fruendam locare: si modò honestè locari queat: *d. l. si cuius. 13. §. ult. l. sed si. 15. §. 4. & 5. junct. d. l. 12. §. 2. ff. de usufr. vendere, precari concedere, donare. d. l. 12. §. 2. & §. i. Inst. de usu & habitat.* ac pignori dare possit. *l. si is. 11. §. 2. ff. de pignor. junct. l. sed & 9. §. i. & l. fructus. 72. ff. de R. J. & l. ult. ff. de usur.*

LXXXIX.

Jus verò utendi fruendi, quod personæ cohæret, *l. 3. infin. ff. quib. mod. usufr. amitt.* fructarius hoc modo in alium transferre nequit. *§. finitur. Inst. de usufr. l. si usufructus. 66. ff. de jur. dot.*

X C.

Inter jura & commoda fructuarii, meritò recenseri possunt & remedia, ad usumfructum tuendum jure Civili prodita.

xci. Usus-

X C I.

Ususfructus autem duplici modo consideratur, vel ut debetur, h.e. quatenus est constitutus, nondum vero acquisitus: vel ut jam est acquisitus.

X C II.

Pro usufructu debito acquirendo datur actio personalis, vel ex testamento, l.i. §.2. & l.seq. ff. si ususfr. pet. l. si extraneo. 46. §. ult. ff. de ususfr. vel ex stipulatu, aliisve contractibus, ex quibus ususfructus debetur. l. corruptio+ nem. 16. pr. C. de ususfr. vid. supr. 6. 31.

X C III.

Si enim ususfructus in ultimâ voluntate fuerit relictus, & heres eum tradere recuset, datur legatario actio personalis ex testamento, ex quasi contractu, inter heredem & legatarium per aditionem hereditatis inito, ad usumfructum legatum tradendum; exemplo cæterorum legatorum. §. i. Inst. de legat. & §. heres. 5. Inst. de ob+lig. quæ ex quasi contractu nascentur.

X C IV.

Si verò stipulationibus, pactionibus, vel aliis modis in obligationem sit deductus ususfructus, & propriarius eum tradere tergiversetur: datur contra eum actio ex stipulatu, aliisque ex caussis, ad præstationem ususfructus, ejusdemque quasi traditionem, quæ fit per patientiam & inductionem. l. omnium. 3. pr. ff. de ususfr. l. ult. ff. de servitut. l. servitutes. 1. §. ult. ff. de servit. præd. rustic.

X C V.

Et si dolo vel culpâ proprietarii factum est, quò minùs ususfructus tradi possit, vel ut tardiùs præstetur: in id obligatur, quanti fructuarii interest, moram factam non esse. l. qui usumfructum. 36. §. ult. & l. seq. l. cuiuscunq;. 60. ff. de ususfr. Hoc casu fructuum quoq; quos medio tempore proprietarius percepit, habetur ratio. l. utifru. s.

§.3. & §.ult. ff. si ususfruct. petet. l. si pendentes. 27 pr. ff. de u-
sufruct.

X C V I.

Actioni huic personali affinis est condictio triticia-
ria, quæ ad eundem effectum fructuario competit. l.r.
pr. ff. de cond. tritic.

X C V I I.

De usufructu jam acquisito datur fructuario actio
realis, quæ ipsius gratiâ primùm fuit introducta, l. de
servitutibus. 2. in princ. ff. si servit. vind. d. l. uti frui. §. u-
trum autem. ff. si ususfr. pet. (nunc verò in cæteris servitu-
tibus quoq; locum habet, §. æquè. Inst. de action.) & con-
fessoria actio dicitur. d. l. uti frui. s. §. 1. & §. ult. ff. si ususfr.
pet. Per quam fructuarius, si uti frui à proprietario, vel
alio quovis, impediatur, usumfructum suum vindicare
potest. d.l.s. §. 1. & §. ult.

X C I X.

Ac non tantùm liberam fruendi facultatem fructua-
rius per'eam consequitur: d.l.s. §.ult. sed & si quid da-
mni ei datum fuerit, petere potest, quanti ipsius in-
terest, damnum non esse datum. l. 1. in fin. ff. de nov. oper.
nunc. l. & si forte. 6. §. ult. l. loci corpus. 4. §. 2. ff. si servit. vind.
Imò veniunt etiam in hanc actionem omnes fructus, &
omnis caussa, quam fructuarius habiturus fuisset, si reus
eum non impedivisset: d.l. uti frui. s. §. 3. 4. & 5. ff. si ususfr.
petet. licet nominatim ea petita non sint. arg. d.l.s. §. 3. &
4. junct. l. præterea. 20. ff. de R.V. Sed hoc ita demum, si is,
qui agit, non possideat: nam & possessori hæc actio
competit, d.l.s. §. ult. in quo à cæteris actionibus reali-
bus differt. l. 1. §. 6. ff. uti posse. Qui enim rem possident,
nihil fructuum nomine consequuntur. d.l.s. §. ult.

X C I X.

Hac actione servitutem quoque prædio fructuario
debitam

debitam fructuarius petere potest: & licet eam directo vindicare nequeat, per consequentiam tamen, si scilicet actione non dirigat in servitutem, sed in usumfructum, vindicare potest. Qui enim fructuario molestus est in servitutibus, id est ei molestus est in usufructu. d.l.s.§.1. & b.i.prff.si ususfr.pet.l.de servitutibus.2. §.1.ff.si servit.vind.

C.

Datur autem haec actio non solum adversus dominum; sed etiam alium quemvis possessorem, qui negat vel quoquo modo impedit usumfructum. d.l.s.§.2.l.60. §.1.ff.de usufr. Item contra eum, qui agenti fructuario liti se obtulit, quasi possideret; vel qui dolo malo desit possidere. l.ult.ff.si ususfr.petet.l qui petitorio.36.pr.l.is qui. 25.ff.de R.V.junct.l.parem.150.l qui dolo.131.ff.de R.J.

C I.

Heredibus vero fructuarii haec actio regulariter non cōpetit: quia morte ejus ususfructus exspirat. l.stipula-
tio iusta.38. §.10. & 11. ff.de V.O.junct. §.finitur. Inst.de usufr.
L.antiquitas.14.l.corruptionem.16. C.de usufr. Nisi agat ob
fructus perceptos, d.l.s.§.4. ff.si ususfr.pet. vel ob moram
a proprietario dolo vel culpâ factam. l.quod si.47.l qui
usumfructum.36.in fin. ff.de usufr.

C II.

Fructuarius item, si ex ususfructus quasi possessione vi expellatur; vel fundo exiens, non ususfructus desideri causa, rediens non admittatur, interdicto unde vi, nominatim ipsi in eam rem comparato, uti potest. l.quod est.3. §.13. & pen. ff.de vi & vi arm.

C III.

Quin & interdictum uti possidetis ipsi competit, dubium non habet: l.ult. ff.uti possid. non quidē directum;
sed tantum utile. arg.l.officium.9. ff.de R.V.junct.l.certe si.
6. §.7. ff.de preclaro.l.acquiruntur.10. §.ult. ff.de A.R.D.

c i v. No-

C I V.

Novum quoque opus, non quidem suo; sed procuratorio nomine, fructuarium nunciare posse, affirmamus. per l.r. §. ult. & l.seq. ff. de no v. oper. nunciat. l. unic. §. 3. ff. de remission.

C V.

Fructarius præter jam recensitas, aliis de cauſis, alias etiam habet actiones. Si enim fur decerpserit vel desecuerit fructus, competit fructuario adversus eum actio furti. l. arboribus. 12. §. ult. ff. de usufr. Condictio[n]em autem furtivam instituere nequit: cum fructuum non perceptorum dominus non sit. d.l. 12. §. ult. junct. §. si uag. discretis. Inst. de Actione.

C VI.

Et si inter duos fructuarios oriatur controversia, ne ad arma perveniant, communi dividundo judicium iis competit. l. si cuius. 13. §. 3. ff. de usufr.

C VII.

Datur insuper fructuario finium regundorum actio, etiam adversus proprietarium ipsum. l. sed & loci. 4. §. 9. ff. finium regund. Item utilis L. Aquiliæ. l. locum. 17. §. ult. ff. de usufr. & plures alia.

C VIII.

Proprietarii commoda sunt: I. Quod, cum rei fructuariæ maneat dominus, l. rectè. 25. ff. de V. S. l. 1. §. 1. ff. ad S Conf. Sillianian. l. ult. §. ult. ff. usufr. quemad. cav. eam in invito etiam fructuario possit abalienare. l. 2. in fin. C. de usufr. l. fundi Aebutiani. 38. ff. de usu & usufr. legat. l. locum. 17. §. 2. ff. de usufr. II. Locum non tantum consentiente fructuario; sed etiam eo invito, proprietarius facere potest religiosum: si mortuum testatorem in eum inferat, & alius ei locus tam oportunus non sit. d.l. locum. 17. pr. ff. de usufr. III. Aedes suas altius tollendo officere

ficere quoque luminibus, & obscurare ædes fructuarias potest: si modò tantum luminis relinquat, quantum habitantibus ad usus diurni moderationem sufficit. l. si is. 30. ff. de usufruct. l. Gaurus. 10. ff. de servit. urb. præd. 1 v. Thesaurus in prædio fructuario inventus, pro parte dimidiâ ad proprietarium pertinet. per d. l. fructus. 7. §. si fundum viro. 12. ff. solut. matr. v. Substituta etiam capita in grege statim proprietarii fiunt, & fructuarii esse desinunt. l. vetus. 68. in fin. l. 69. & l. seq. §. 1. & ult. ff. de usufr.

C I X.

Et ut constante usufructu proprietarius rem salvam habere, finitoque eo talem recipere possit, VI. variæ ipsi comparatæ sunt actiones.

C X.

Si enim fructuarius rem deteriorem facit, vel id non reficit, quod illum pro conditione ususfructus reficere, aut restituere oportet: datur proprietario adversus eum actio ex stipulatu, ex interposita cautione, in id, quod proprietarii interest. l. i. pr. ff. usufr. quemad. cav. §. ult. Inſt. de verb. oblig. Sicut & finito usufructu fructuarius eodem potest conveniri judicio, vel ad rem, vel quod ex ea superest, restituendum. d. l. i. pr. l. omnes. 3. pr. ff. usufruct. quemad. cav.

C XI.

Et si fructuarius rem usque ad interitum, vel amissio-
num ejus, neglexerit: tunc hac actione proprietatis
quoque æstimatio peti potest. d. l. i. §. ult. & l. seq. l. huic
stipulationi. s. pr. ff. usufr. quemad. cav.

C XII.

Si verò fructuarius hanc cautionem præstare recu-
saverit: neque res ipsi tradenda, neque ulla priùs con-
cedenda est actio, quām satisdederit. d. l. si cuius. 13. pr.

D

ff.de usufr. Imò potest & implorari officium judicis, per quod ad cautionem istam compellatur. *d.l.13.pr ff.d.t.*

C X I I I.

Quòd si, omissâ hac cautione, proprietarius ultrò rem fruendam fructuario tradiderit, non videtur cautio remissa; sed proprietarius potest rem vindicare: &, si opponatur ipsi exceptio, *de re usus fructus nomine traditâ*, replicandum erit, *cautionem non esse præstatam*, quæ jure debetur. *l.etsi.7.l.ult.ff.usufr.quemad.cav.ac præterea* potest omissam hanc cautionem quoque condicere, *d.l.7.pr ff.d.t.* condicione ob caussam dati, caussâ non securâ. *arg.l.r. ff.de cond.causs.dat.causs.non secut.l.r. ff.de cond.sin.causs.*

C X I V.

Præter cautionem, proprietario eadem quoque remedia ad tuendam proprietatē adversùs fructuarium competunt, quæ habet adversùs cæteros omnes, qui rem deteriorem fecerunt: ut est actio L. Aquiliæ de damno dato: interdictum quod vi aut clam: actio furti: *d.l.13. §.2. ff.de usufr.* condicō etiam furtiva: actio servi corrupti, injuriarum, & similes. *l.66 ff.de usufr.l.ult. ff.usufr.quemad.*

C X V.

Quòd si verò dominus prædii planè neget usum fructum se debere, comparata est ei actio realis, quæ negatoria vel negativa appellatur, *l.uti frui.s.pr. & §.ult. ff.si usufr.petei. §.2. Inst.de action.* adversùs quemlibet, qui usum fructum in ejus prædio sibi constitutum esse contendit. *d.l.s.pr.* Per eamque petit, si ipse rem possidet, ne amplius in ea inquietetur, *d.l.s.in fin.* & ut reus caveat pro se & suis heredibus, de nō turbando amplius. *legi.jus.12. l.harum.7. ff.si servit.vind.* Sin autem non possideat, ut res restituatur, & reus præstet damna, quan-

quantique interfuit ejus, præterito tempore alterum
jus utendi fruendi sibi non usurpare. l. loci. 4. §. 2. ff. si ser-
vit vind. d. l. uti frui. s. §. 3. ff. si usurpat. petet. Sequuntur
nunc onera fructuarii.

C X V I.

Fructuarius i. id omne in re fructuaria facere te-
netur, quæ diligens paterfam. faceret in re propriâ. l. sed
cùm. 65. in fin. ff. de usufr. h. e. omnem curam & diligen-
tiam, non modò in rebus integris asservandis & custo-
diendis; sed & in vitio affectis reparandis, & integratati
suæ restituendis, adhibere debet. l. i. in fin. & l. seq. ff. usu-
fruct. quemad. cav.

C X V I I.

Si igitur servitus prædio fructuario debita non ut-
endo amissa sit, hoc nomine fructuarius tenetur. l. sed
si. 15. in fin. ff. de usufr. Damna item à domesticis rei fru-
ctuariæ illata resarcire, d. l. 65. pr. ff. d. t. &c. si res fructuaria
ab alio usucapta sit, ejus quoq; æstimationem fructua-
rius præstare debet; si modò, cùm posset usucaptionem
interpellare, neglexerit. d. l. i. in fin. ff. usufr. quemad. cav..

C X I X.

Fructuarius ii. tenetur ad ædium etiam modicam
refectionem, l. eum ad quem. 7. C. de usufr. l. usufructu. 7. §. 2.
& 3. ff. eod. nisi vetustate corruissent, l. sed cùm. 65. §. 1. ff. d.
tit. aut is paratus sit usumfructum derelinquere, l. cùm
fructuarius. 64. ff. d. t. (modò non suâ suorumque culpâ
deterior res sit facta. d. l. 65. pr. ff. d. t.) vel testator here-
dem reficere jussit: l. si extraneo. 46. §. 1. l. usufructu re-
licto. 52. ff. d. t. ac sartas teatasque eas suis sumtibus præ-
stare cogitur. d. l. 7. C. d. t.

C X I X.

Si tamen fructuarius ultrà quam tenetur necessariò
in rem impedit, h. e. non modicas, sed magnas fecit

impensas : à proprietario eas actione negotiorum gestorum repeterre potest. d.l.7. & ibi Gl. & Sichard. num.7.
C.de usufri.

C X X .

Quæ autem magnæ, quæ modicæ censeantur esse impensæ, arbitrio judicis est relinquendum: qui hoc, attentis circumstantiis, quantitate scilicet & qualitate rei fructuariæ, estimabit. arg.d.l.7. §.3.ibi Gl. & Dd.in verb.pertinet. ante fin.ff.de usufri.

C X X I .

Agri usufructu relicto, in locum demortuarum arborum fructuarius quoque alias substituere tenetur, & priores ad ipsum spectant. L.agri.18 ff.d.t. nisi vi tempestatis, non culpâ fructuarii, sint eversæ. l.arbores.59.princ. juncit.l.12.pr.ff.d.t.

C X X I I .

Sic gregis vel armenti, h.e.universitatis, non singulorum capitum, usufructu constituto, fructuarius in locum demortuorum capitum nova submittere debet. l.vetus.67.in fin.& ll.seqq ff.d.t.

C X X I I I .

Hæc tamen ita vera sunt, si fructuarius ex re fructuaria habeat, unde edes reficere, arbores adserere, & gem supplere queat: de suo enim id facere non cogitur. arg.l.fructus.7. §.ult. ff.solut.matrim.l.plerumq.10. §.3. ff.de jur.dot.juncit.l.1. §.17. v.neminem. ff.ad S.C.Trebell. §.1. Inst. de sing.reb.perfideicomm.relict.

C X X I V .

Non solum autem rem fructuariam sartam teatamq; conservare; sed & 111. omnia onera realia, quæ à re vel ejus occasione præstantur, fructuarius exsolvere tenetur: ut sunt vectigalia, collectæ, tributa, & alia, quæ recensentur in d.l.usufructu.7. §.2. & l.sipendentes.27. §.3. ff.de

ff. de usufr. & l. quero. 28. ff. de usu & usufr. leg. Nec distinguendū est, an sint præterita, *arg. l. Imperatores. 7. ff. de public. & vectig. l. cùm possessor. s. in fin. ff. de censib. vel futura. l. usufructu relicto. 52. ff. de usufr.* Item an ordinaria sint, vel extra ordinē imponātur. *d. l. pendentes. 27. & d. l. 52. ff. d. t.*

C X X V.

Inter onera fructuarii 1 v. recenseri possunt & ea, quod fructuarius prædia fructuaria neque alienare, *l. usufructu. 9. l. interest. 6. C. de usufr.* neq; mutare aut transformare, h.e. nova facere possit; licet ex ista mutatione res fructuaria cultior & fructuosior reddatur. *l. si cuius. 13. §. sed si adium. 7. l. usufructu. 7. in fin. & l. seq. l. usufructuarius. 44. ff. de usufr.* Unde ædificium in prædio fructuario inchoatum consummare nequit, etiamsi eo loco aliter uti non possit: *l. usufructuarius. 61. ff. d. t.* modò ad fructus percipiendos non sit necessarium. *d. l. si cuius. 13. §. 6. ff. d. t.* Sic areæ usufructu relicto, ædificium ibi struere prohibetur, *d. l. 7. §. 1.* nisi casam, custodiæ causâ earum rerum, quæ in area sunt, ædificare velit. *l. si areæ. 73. ff. d. t.*

C X X VI.

Servitutem quoque fructuarius prædio fructuario imponere aut acquirere non potest. *l. sed si quid. 15. §. ult. ff. d. t. l. de servitutibus. 2. §. 2. ff. si servit. vind.* Servitutem autem prædio impositam retinere debet. *d. l. 15. §. ult. & l. Proculus. 19. l. si pendentes. 27. §. 4. ff. de usufr.*

C X X VII.

Cùm, ut suprà diximus, commoda quædam ex re fructuariâ ad dominum quoque proprietatis spectent: nihil autem juri naturali tamè conveniens sit, quam ut incommoda sequantur & eum, penes quem sunt commoda. *l. secundum naturam. 10. ff. de R. J.* Ideò de oneribus proprietario incumbentibus, pauca nunc proferamus.

C X X I I X.

Proprietarius igitur nihil quicquam in re fructuaria invito fructuario facere potest, per quod conditio ejus fiat deterior. *l. nisi qua. 16. & l. seq. §. 1. ff. de usfr.* Unde ædificium fructuarium invito fructuario altius tollere ei non licet. *d. l. usfructu. 7. §. 1. & d. l. si cuius. 13. §. 7. ff. d. t.*

C X X I X.

Servitutem autem fundo fructuario, per quam ejus conditio fiat deterior, ne consentiente quidem fructuario, imponere potest. *d. l. si quid. 15. §. ult. & l. seq. ff. d. tit.*

C X X X.

Magnos quoque sumptus, h. e. sine quibus res esset peritura, proprietarius facere cogitur, nisi velit privari proprietate. *arg. l. quamvis. 10. in fin. ff. de damn. infect.* vid. Sichard. in *l. 7. C. de usfr. n. 8.* Arbores etiam viventorum dejectas proprietarius tollere tenetur. *l. Procul. 19. §. 1. ff. d. t.*

C X X X I.

Ne tamen in universum inutiles sint proprietates, semper abscedente usufructu, placuit juris Civilis conditoribus, ut certis modis ususfructus extinguatur, ad proprietatemq; revertatur. *§. 1. v. ne tamen. Inst. de usfr. l. omnium. 3. §. 2. ff. eod.*

C X X X I I.

Horum modorum ab Imp. Justiniano in §. finitur. 3. *Inst. de usfr.* sex recensentur: ut sunt, mors usufructuarii, capitis ejus diminutio, non usus per modum & tempus, cessio, cōsolidatio, & interitus rei. Quibus addimus hostilem occupationem, & temporis conditio[n]isve existentiam. *l. si agro. 26. ff. quibus mod. ususfr. amitt.* *l. si pater. s. l. ambiguitatem. 12. C. de usfr.* De singulis ut nunc agamus, ordinis desiderat ratio.

C X X X I I I. Pri-

C X X X I I.

Primus & præcipuus modus amittendi usumfructū, est mors naturalis fructuarii. d. §. finitur. 3. ff. de usufr. l. sic-
ut. 3. in fin. ff. quibus mod. ususfr. amitt. Uſusfructus enim
est jus, quod personæ cohæret : l. si quis. 32. ff. de usufr. l. r.
ff. de servit. ac ideo cum ea quoque exspirat. l. non solum.
8. §. 3. ff. de libert. legat. d. l. sic ut. 3. in fin. ff. quib. mod. ususfr.
amitt. nec ad heredes illud transmittit, l. in singulos. 8.
ff. de ann. legat. l. patrimonii mei. 22. ff. de usu & usufr. legat.
nisi expreſſe inter partes actum sit, ut ad heredes quo-
que tranſeat. l. antiquitas. 14. C. de usufr. Et tunc ad pri-
mum & proximum quidē transit heredem ; non etiam
ad ulteriores. d. l. 14. C. d. t. Licet aliās appellatio heredis,
herendum quoque heredes comprehendat. l. heredes. 65.
l. heredis. 170. ff. de V. S.

C X X X I V.

Municipibus autem & civitati (quæ mori nequit. l. an-
ususfructus. 56. ff. de usufr.) constituto usufructu, durat
tantum per centum annos ; quod tempus finis longævi
hominis est. d. l. 56. ff. d. t. l. si ususfructus. 8. ff. de usu & usu-
fruct. legat. Si verò ante id tempus deleta & aratrum
passa sit, quasi mortua intelligitur, & usumfructum ha-
bere definit. l. si ususfructus. 21. ff. quib. mod. ususfr. amitt.

C X X X V.

Secundus modus est fructuarii mors civilis, h.e. ma-
xima & media ejus capitis deminutio : nam & eā extin-
guitur ususfructus. d. §. finitur. 3. Inst. de usufr. §. cum autem.
Inst. quib. mod. jus patr. potest. l. i. ff. quib. mod. ususfr. amitt.
l. corruptionem. 16. in fin. C. de usufr.

C X X X VI.

Idem obtinere videtur in proscriptis seu bannitis,
qui ob delictum in bannum Imperiale per sententiam
declarantur. Hi enim capitis quoque deminutionem,
&

& quidē maximam, pati intelliguntur. Gei.lib.2.observ.
86.n.9. & 10. & de pac.public.lib.2.c.1.n.24. & c.11.n.12.

C X X X V I I.

Capitis verò deminutio eum demum perimit usumfructū, qui jam est constitutus. Si igitur ante aditam hereditatem, vel diem cedentem, fructuarius capitis minutionem passus sit, usumfructū non amittit. l.1. §.1. ff. quib.mod.ususfr.amitt. Unde in singulos annos constituto usufructū, illius tantū anni, quo jam inceptus est, ususfructus amittitur. d.l.1. §.ult. & l.seq. §.1. ff.d.t. Ac si ususfructus fuerit repetitus, capitis quoque deminutione non finitur. d.l.sicut.3.princ. & §.1. ff.d.t.l.licet testatori.23. ff.de usu & usufr.leg.

C X X X I X.

Repeti ususfructus dicitur, si testator usumfructū qualicunque modo amissum iterum legat, & sic eum conservat fructuario. d.l.licet testatori.23. ff.d.t.d.l.3.pr. & §.1. ff. quibus mod.ususfr.amitt. Quod fit aut expressè; ut si testator dixerit, quotiescunque ususfructus amissus erit, iterum do.lego.d.l.3.pr. ff.d.t. aut tacitè; ut si ususfructus, quamdiu vivet, vel ad certum tempus, puta decennium, fuerit legatus. d.l.3.pr. & l.2. §.1. ff.d.t.

C X X X I X.

Sic ususfructus patri per filium fam.acquisitus, morte vel capitis ejus deminutione patri non interrupitur; sed manet intactus. Neque si pater ab hac luce fuerit exemptus, vel medium aut maximam capitis deminutionem passus fuerit, ususfructus perit: sed apud filiumfam.remanet; quasi ab initio fuerit fructuarius, qui superstes est. l.ult. C.de usufr.

C X L.

His quidem modis, h. e. fructuarii morte naturali & civili, non nisi totus ususfructus finitur: reliquis vero etiam

etiam pro parte ususfructus amitti potest. *l.excepta.14.*
l.placec.25.ff.quib.mod.ususfr.amitt.

C X L I.

Sequitur tertius amittendi usumfructum modus, si nimirum fructuarius re fructuaria non utatur, per modum & tempus. *d.9.finitur.3.ff.de ususfr.*

C X L I I.

Per modum non uti videtur, si fructuarius non secundum preceptum modum, h.e. conditionem & naturam ususfructus re utatur fruatur; veluti, si alicui ædium ususfructus fuisset legatur, ut eas inhabitaret tempore tantum hyberno, & legatarius inhabitaret æstivo. *l.si diurnarum.2. ff.de aqua quotid.* vel si fructuarius, qui usum solum se habere existimat, tantum utatur, non fruatur; non enim ex eo, quod habet, utitur; sed ex eo, quod putavit se habere. *l.is qui usumfructum.20.ff.quib.mod.ususfr.amitt.*

C X L I I I.

Sed an ususfructus etiam male utendo, seu abutendo re fructuariâ, amittatur, inter Dd. controvertitur? Nos negativæ sententiæ subscribimus. *per l.1.9.s. & 9.6.*
ff.ususfr.quemad.cav. & arg.l.hoc.amplius.9.9.ulc. & l.seq.
ff.de damno infect.junct.l.si noxale.27.princ. ff.de noxal.4.
ction. Nisi abusus iste in non usum incidat. per l.si com-
munem.10. ff. quemad.servit.amitt. Wesembec.in parat. ff.
quib.mod.ususfr.amitt.n.8.

C X L I V.

Per tempus non uti intelligitur, si quis neque per se, neque per alios re fructuariâ tanto tempore utatur fruatur, quo etiam dominus rei suę dominiū amitteret.
l.corruptionem.16.C.de ususfruct.h.e.re mobili per trien-
nium totum, re immobili per decem annos inter præ-
sentes, per viginti inter absentes. l.unic.C.de usucap.

transform. l. sicut. usumfructum. 13. C. de servituiibus & aqua.

C L V.

Quartus est modus cessio : nam si fructuarius jus suum utendi fruendi domino proprietatis vel extra-neo cedit , h. e. planè eo se abdicat , ad dominum proprietatis reddit . *l. si ususfructus. 66. ff. de jur. dot. §. pen. & ult. Inst. de usufr.*

C L VI.

Huic contrarius est quintus modus , si nimirum fructuarius rei fructuariæ proprietatem quocunque modo acquisierit : tunc enim ususfructus quoque perit . *l. si ibi. 17. l. si servus. 27. ff. quib. mod. usufr. amitt. Quæ res confusio , l. si fructuarius. 4. ff. usufr. quemad. cav. d. l. 27. ff. quib. mod. usufr. amitt. item consolidatio appellatur. §. 3. Inst. de usufr. l. idem Neratius. 3. in fin. ff. de usufr. a crescend.*

C L VII.

Cùm item ususfructus sit jus in corpore , quo sublatio & ipsum tolli necesse est , *pr. Inst. de usufr. l. est enim. 2. ff. eod.* totius rei fructuariæ interitu & mutatione , qui sextus est modus , ususfructus quoque amittitur . *d. §. 3. Inst. d. t. l. repeti. s. §. 2. l. caro. 30. ff. quib. mod. usufr. amittat.*

C X L I X.

Mutationem autem talem hic requirimus , per quam substantia , forma , & species interior , quâ confistebat , nomenque ipsum rei fructuariæ mutatum sit ; ut colligere licet *ex d. l. s. §. 2. & ll. seqq. ff. quib. mod. usufr. amitt.*

C X L I X.

Ac licet res in veterem formam & speciem redigatur , ususfructus tamen non reviviscit : semel enim extinctus non amplius competit . *l. quid tamen. 10. §. 1. & 7. ff. d. t.*

C L. Si

C L.

Si verò rei mutatæ vetus forma tantum detegatur, ususfructus quoque restituitur : sic areæ usufructu relictæ, cui ædificium postea sit impositum, & per hoc ususfructus extinctus, d.l.s. §.2 ff.d.t. sublatâ superficie, h.e. ædificio, ususfructus quoque reviviscit ; semper enim eadem area mansit. l. qui usumfructum. 36. pr. l. si in area. 71. ff. de usufr. l. si ager. 23. & l. seq. ff. quib. mod. usufr. amitt.

C L I.

Superioribus addimus & occupationem hostilem, qui septimus est modus ; si enim res, sive mobilis, sive soli, in quâ ususfructus erat constitutus, ab hostibus sit capta, ususfructus quoque perimitur. l. si ager. 26. ff. d.t. junct. l. naturalem. s. 7. & l. adeo. 7. in. pr. ff. de A.R.D.

C L II.

Octavus & ultimus usumfructū amittendi modus est temporis & conditionis existentia. Nam si ususfructus ad certum tempus vel sub conditione sit concessus, finito tempore & existente cōditione, ususfructus quoq; extinguitur. l. si pater. s. l. ambiguitatem. 12. C. de usufr. interdum. 15. ff. quib. mod. usufr. amitt.

C L III.

Sin autem in incertum tempus sit constitutus ususfructus, & per mortem illius, in quem collata est conditio, contigerit, ut conditio non extiteret, ad mortem fructuarii usque durat ususfructus. Neque enim ad vitam hominis respexit testator ; sed ad certa temporis curricula. d.l. ambifuitatem. 12. C. de usufr. & ibi Gothofr. in not. lit. Q.

C L IV.

Absolutâ hac veri ususfructus materiâ, restat ut & de quasi usufructu quædam subjiciamus. Definitur autem

quasi ususfructus jus utendi fruendi ex SConsulto rebus alienis usu consumtibilibus; ut sunt vinum, oleum, frumentum, pecunia numerata, &c. §. 2. *Inst. de usufr.* & tot. tit. ff. de usufr. ear. rer. qua usu consum. vid. Bocer. d. disp. de usufr. 8. 60.

C L V.

Constituitur hic ususfructus non tantum ultimâ voluntate, d. §. 2. *Inst. de usufr.* l. *usufructu.* 69. ff. ad L. *Falcid.* l. x. §. 2. & l. seq. ff. de usufr. ear. rer. sed & conventione inter vivos arg. §. 4. *Inst. de legat.* l. cùm servus. 39. §. ult. ff. de legat. i. junct. d. §. 2. *Inst. de usufr.*

C L VI.

Ac licet magnam habeat affinitatem hic ususfructus cum mutuo; sicuti enim in mutuo dominium rei ad debitorem transfertur, pr. *Inst. quib. mod. re contr. oblig.* & l. *mutuum.* 2. §. *appellata.* ff. de reb. cred. sic in quasi usufructu rei quoque fructuariae dominium ad fructuarium transit, d. §. 2. *Inst. de usufr.* l. si vini. 7. ff. de usufruct ear. rer. & quemadmodum mutuum; ita & quasi ususfructus in rebus usu consumtibilibus consistit. Differunt tamen, i. in eo, quod in mutuo idem genus ejusdem bonitatis & qualitatis sit reddendum. d. pr. *Inst. quib. mod. re contr. oblig.* In quasi usufructu verò sufficit, si rei justa aestimatio praestetur. d. l. si vini. 7. ff. de usufr. ear. rer. Deinde, in mutuo regulariter nulla requiritur cautio, nisi expressè ita partes inter se convenerint. De naturâ autem quasi ususfructus est, ut rem tradenti utiliter caveatur.

C L VII.

Senatusconsulto enim cautum est, ut relicto quasi usufructu heres rem tradere non cogatur, nisi fructarius ei cautionem fidejussioniam vel pignoratitiam praestiterit. De re, finito usufructu, ejusdem generis & qualitatis vel ejus aestimatione restituenda. d. §. 2. *Inst. de usufruct.*

fruct. l. sed de pecunia. 2. l. ergo. 4. l. si tibi. & l. seq. ff. de usuf. ear. rer. l. i. ff. qui satisdar. cogant.

C L I X.

Ac testator etiamsi hanc cautionem exigere testamento prohibuerit, nihilominus exigente herede erit præstanta. l. i. C. de usuf. l. si pecunia. 6. ff. ut in posse. legat. Eam tamen de substantiâ quasi ususfructus esse negamus. per l. hoc S Consultum. 5. §. i. ff. de usuf. ear. rer. l. ult. §. 4. v. hoc procul dubio. C. de bon. quæ lib.

C L I X.

Nihil verò refert, sive ante, sive post constitutū usum-fructum hæc cautio interponatur. l. quoniam. 10. §. i. ff. de usuf. ear. rer.

C L X.

Ultima mutui & quasi ususfructus differentia in eo consistit, quod mutuum quounque tempore repeti possit, nisi aliter fuerit conventum: Rei verò fructuariae æstimatio non nisi post mortem aut capitis deminutionem fructuarii peti potest. §. 2. Inst. de usuf. l. i. ff. de usuf. fruct. ear. rer. Hæc de jure ususfructus pro tempore sufficiant.



C O R O L L A R I A.

1. Cùm in Retractu gentilitio semper consanguinei proximiores, remotiores excludāt, nec repræsentationi in eo locus sit, pares autem in gradu pariter admittantur: Quæri solet, Vtrum fœmina à masculis in eodem gradu existentibus ab isto retractu excludātur?

*Quod negamus? Hodie enim sublata est dif-
ferentia sexus & agnationis. auth. cessante.
auth. post fratres fratumq;. C. de legitim. he-
red. l. 4. C. de liber. præter. Et fæmina & quæ ac
mares succedunt. Nov. 18.c.4. Nov. 118.c.4.
Retractus autem imitatur successionem.
Vid. Tiraquell. de retract. munic. §. 1. gl. 1. &
unic. per l. fin. C. de verb. signif.*

*2. Liberos parentum suorum consensum
in cōtrahendis nuptiis explorare debere, jure
Canonico dubium non habet. c. aliter. c. no-
strates. 30. q. 5. c. non omnis. c. honorantur.
32. q. 2. c. videtur. extr. qui matr. acc. poss. An
verò mortuo patre & matris consensus ne-
cessariò sit adhibendus, maximè controver-
titur? Nos affirmativa sententia subscri-
bimus. Eandem enim matri debemus reve-
rentiam quam patri. Exod. c. 22. v. 12. Gen.
c. 24. v. 50. Syracid. c. 3. v. 9. & seqq. Tob. c. 4.
v. 3. & seqq. vid. & d. c. aliter. 30. q. 5. c. hono-
rantur. 32. q. 2. & c. videtur. extr. qui matrim.
accus. poss. junct. tex. in l. furiosæ. ff. de cu-
rator. furios. & text. in l. in conju-
ctione. C. eod.*

Ad
Clarissimum & Doctissimum
Dn. Doctorandum.

I.

TANDEM pro meritis jam præmia digna reportas
Lothari, Cordis portio magna mei.
Diva Themis, fructus tractanti tibi reponit
Laurea sæpta, tuum & nomen in astra feret.
Perge modò ut pergis, meritis extendere laudes,
Vota secundabunt fata benignatua.
Tu decus omne tuis famâ super athera notus,
Inlyta tu patria fama futura tua.

Fausti omnis & gratulationis ergo
P.

GEORGII ABRAHAMUS FABER,
Ratisp.

II.

SIC est, Lector amice: qui colonus
Vlli parcere nesciens labori
Fœcundos colit, occat, & equat agros,
Vsum percipit inde fructuosum.
Sic qui strenuus expedit videri
Legum cultor, & impigro labore
Multum scriptitat, annotat, recondit,
Vsum sentit is inde fructuosum.
Id quod comprobat evidenter ille

Lot-

*LOTTERUS, decus inclytum Themistis,
Qui Doctor meritat brevi vocari.*

Singularis amicitiae ergo adposuit
JOANNES FRIDERICUS TAFINGER,
Suevus.

III.

ET *vetus & verum est: Ignoti nulla cupido,*
Celatum sequitur gloria nulla bonum.
Hinc quia tot Themidos sacriss operatus es annos,
Juraq jam memori cognita mente tenes:
Rauricium merito scandis, LOTT ERE, cathedram,
Deq Usufructu conditajura doces.
Nempe sat in lucem tuas sic producta patescit
Ingenii virtus, judiciiq tenor.
Hinc quoq justitia Praes non differet illa
Ulterius meritis pramia digna tuis.
Mox erit, ut possim latanti dicere voce:
Doctoris titulum grator, Amice, tibi.

Honoris & amoris ergo apponebat

FRIDERICUS PLÜNIUS,
Libeccensis.

S O L I D E O G L O R I A.



**Univ. Basiliensis
München**